



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Præmonenda, supponendaque cunctis ad quæstionis decisionem.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

sonem carceratis, dicere vulgari nostro proverbio solemus, *Traen lasega vasilango*, citius, potiusque à Petro dici potuit, distumque fuit de irrevocabili à Deo damnatis ad infernum, & ignem æternum, etiam post exequendum, *Rudentibus inferni*, inferno, & æterno igne cruciandos detractos traditos bonis Angelis fuisse.



QVÆSTIO IV.

De colloquio seu locutione Angelorum inter se.

Difficultas hæc ad Theologicam hanc de Angelis controuersiam non spectabat, sed ad philosophicam aliam de iisdem tomo secundo nostræ philosophiæ controuersie de anima separata (de cuius cum alia, vel Angelis locutione, ad ipsam eadem est difficultas) adducendam: sed, ut in controuersie huius præfatione monui reliquorum Theologorum consuetudini, quam recte methodo, morem gerens, hic eam verborum ne quis eius examen ex aliorum lectione desiderans difficultatis eius arduitate, timore omisit à me suspicetur, qui clarius forte, & facilius aliis ex peculiaribus principiis ab ea me expediam: sed neque disputationis huius de statu viæ angelicæ prior ca quæstio est, quam disputationis de statu termini Angelorum sue patriæ, sue exilii & damnationis æternæ: siquidem in utroque statu sibi inuicem Angeli colloquuntur, ac proinde de eorum locutione pro utroque statu eadem est difficultas: quoniam pro quæstione tertia proxima Angelos, tam bonos quam malos, manifestatione concepti à se proposti, & aliorum motuorum, & rationum propositione, sue exemplo, & suasionibus alios ad suas partes trahere contendisse docuimus (quod absque aliorum ad alios mutua locutione, & colloquiis fieri non potuit) subiungenda statim hæc quæstio fuit: tum, ut dicta melius intelligantur: tum, quia recta methodo de statu viæ angelicæ, quam de statu termini, antequam disputationibus hac de Angelorum locutione necessario & prius occurrat, nec aliquid est, quod de eorum locutione in statu termini sit vitiosius addendum.

CERTAMEN I.

Præmonenda, supponendaque cunctis ad quæstionis decisionem.

Locutio vnus cum alio, est actio, qua aliquis alicui quid de re quapiam sentiat, vel desiderium, sciendi quid de ea censet alter significet: ac proinde vel assertiua, & testificatiua est, vel interrogatiua, aut formaliter, aut æquiualeuter tales, seu quæ ad duplex hoc membrum reducuntur, ut consideranti patebit. Dixi autem alteri, non quia locutio vnus, ad vnum, solummodo esse debeat, aut ad plures esse non possit. Constat enim vnus ad plures audiendi, & colloquendi capaces esse posse, ut quotidie experimur. Secundo prænotandum est in locutione assertiua creature rationalis cuiusvis unde sumptæ de eo, quod res sit, vel non sit, aut ita se, vel aliter habeat, non solum falsitatem, respectu ei assertæ, sed etiam respectu asserentis, posse cunctis

qua deceptio, & mendacium appellatur. Primum patet. Quia non posse falli ac decipi in eo, quod quis de rebus, & obiectis iudicat, ac subinde alteri testificatur, solius Dei, diuinæque sue scientiæ, essentis sue veræ, & infallibilis omnino est. Secundum autem æque est certum: quia non posse alium fallere, & decipere ac testificari de re aliqua, suoque erga illam iudicio alteri, quam de illa censet, ac iudicat, solius etiam Dei, cui soli peccatum, quantumvis veniale, & leuissimum (quod ut minimum in deceptione illa ex specie sola sua intercedit) profus, ut omnino impeccabili repugnat, nec video, cur Angelus, qui peccare adeo grauiter natura sua potest & adeo enormiter peccauit, nequeat vel leuissimum fictionem, & mendacium deglutire: item illud Psalm. 61. & 115. & ad Roman. quod de homine solum sonat, *Omnis homo mendax*, de omni rationali creatura dictum est, hominem in exemplum adducto, ut materia sermonis erat, doctrina vero vniuersalis: soli Deo infallibiliter credi, certoque & indefectibiliter in eo sperari solo: quod si menti Angelus non posset vere, non esset. Argumentum, quod ex tali propositione speciemus adeo ad exigentiam mendacii angelici locutionis ponitur ab Aristaga, diluam certamine numero 6. Dixi autem *nude sum ta*, quia ex adiuncta ipsi beatitudine, immo, & perfecta continentia in viæ etiam statu habita quæ ex Dei complacencia leuissima cuiusvis culpe, & offensionis Dei effectus saltem virtualis detestatio fit (ut in statu etiam viæ esse optime potest) Angelus mentiri alteri non poterit: similiter interrogatori locutione falsitas deceptio interrogantis cuiusvis creature rationalis, adeo sumptæ, potest interuenire: cum scilicet, quod fit, vel formaliter, vel virtualiter se nescire interrogatione sua proficitur, ac in eo alium, cui loquitur, decepti intendit, atque ex circumstantiis disponit: quænamque hoc iocose, & animi gratia ab angelo respectu alterius Angeli inferioris nature, & intelligentiæ fieri absque culpa queat? Et idem est respectu æqualis, qui il ipsum, quod ab æquali interrogatur, ut beati potest, ignoret, uti abique culpa, adhuc remanet fieri sæpe amice, & citra offensionem inter nos conuenit dubitari possit? cui dubio affirmatiue (absque tamen interrogantis Angeli vitiosus falsus, & interrogati contemptus) videtur respondendum.

2. Tercio notandum est, ad omnem locutionem, assertiuam præsertim de iudicio præhabito, requiri, ac necessario præsupponi in loquente cognitionem reflexam iudicii alteri manifestandi, sue habita, si vera locutio ad alterum sit, vel ficti. si sit locutio falsa, & deceptoria, fallentisque alteri, cui creatura rationalis loquitur. Constat aperte, quia ad locutionem essentialiter requiritur voluntas actualis loquendi, seu manifestandi alteri, quod quis de re quapiam iudicat, ac quo pacto in iudicio suo se habeat res quam ipsi loquitur: aliter nequit velle, si iudicium, sue quod de re illa, manifestandi, vel habet, vel fingit se habere cognoscit (cum voluntas ferri actu in innotitum nequeat) nec id potest cognoscere per ipsam cognitionem, quæ habita, & supposita necessario est ad voluntatem actualem manifestandi illam alteri, cui loquendum est: ergo opus est cognitione alia reflexa, qua directæ illa, ut obiectum volendum, & appendendum loquenti, seu potius loquenti proponatur. Confirmatur ex nostro immo vetustissimo principio, à nobis contra Recentiorum aliquot argutus cum sæpe tomis nostris Theologicis tum tom. 2. philosophiæ de cognitione intellectuali creata obfirmato: nullam scilicet cognitionem, aut scientiam creatam sui ipsius realem formalem representationem, cognitionemve esse posse. Supponendum est quarto: cuiusvis rationalis creature actus inter nos virtuales non solum liberos voluntatis, sed intellectus, & scientiæ, in secretis cordis esse contentos, & cui naturaliter videri à creatura alia rationabili nequeant: esse per coniecturas, & discursum ex circumstantiis, & causis non nullis naturalibus, & necessariis quandoque cognosci ab alia creatura queant) ut ex communis Theologi

gorum, apud Soarium 2. de Angelis capite 2. §. Amicum d. 12. numero 38. Quirous d. 6. ostendimus tom. 2. Philosoph. controuersia vltima, de extensione obiectiua, scientia naturalis Angelice disputantes, nuncque supponimus contra Valquez d. 3. 10. capite 2. Petrum Hurtado d. 12. metaph. numero 31. Franciscum De-lugo libro tertio, capite 3. numero 3. quatenus censet oppositum esse probabile: vnde, vt scientia etiam actus creaturæ rationalis citra diffusum, & coniecturam alteri innotescant libera voluntate illius ea alteri manifestari opus erit: quoniam vero creatura omnis, rationalis non solum cum alia sed cum suo auctore Deo loqui potest, & indiget, aduertendum est: diuersimode illam cum creatura alia rationali loqui posse, & debere, ac cum Deo loquatur. Huic enim omniscientia, & vniuersalis gubernationis rerum iure omnia, etiam abditissima creati intellectus, & voluntatis secreta seipsum nuda, & aperta in se ipsis sunt: vt id ipsum Deo obiectiue presentari sit, quod in seipsis absolute esse: quod dixerim contra aliquos, qui putant à locutione creaturæ rationalis Deo ad loquutionem, seu modum, quo rationali creaturæ loquatur, duci consequentiam posse.

3. Notata hæc communiter à Theologis fere citra controuersiam admittit, atque à pauculis, qui in eorum aliquo discordant velint, nolunt admittenda, ex iure rationalis creaturæ secreta neque cordis seruandi proueniunt, vt absque libera illius voluntate eiusmodi secreta alteri creaturæ rationali manifestandi, aliis omnibus in occulto, & obsecro posita de se sunt, maneantque ignota, siue supernaturalia, siue pure naturalia: id autem ius secreti in pleno Dominio, & libertate expressa creaturæ rationalis in liberos actus suæ voluntatis, & intellectus, illis saltem ita connexos, & quasi concretos, vt his cognitris nequeant illi latere, & rationalis Reipublicæ commoda prouidentia, gubernatione, & ordine fundatur: Etenim, si prefatos actus rationalis cuiusvis creaturæ, omnibus rationalibus creaturis independentes à libera, & libera eis aliis manifestandi voluntate elicientis nota de se forent, cuiusque intentiones possent à potentiori alia creatura rationali, cuius refertur, effectu frustrari, & impediri, quantumvis de iusto intendentes, vel Reipublicæ rationalis communi commodo prefate intentiones essent, ac prout inferiores minusque potentes creaturæ rationales sub potentiorum aliarum tyrannide vitæ forent: inter æquales vero per iurgia, contentiones, & rixas, totum eius Reipublicæ, priuata cuiusque creaturæ negotium transigeretur: quæ omnia, recto, & rationabili ordini, gubernationi, & commo. o rationalis Reipublicæ aperte aduersantur: sed, & pleno dominio, & expedito libertatis rationalis creaturæ in suos actus liberos naturalis eorum, vbi primum à quavis elicerentur, apud reliquos omnes notitia repugnat, vt diximus siquidem ab eis eliciendis, odij & rixarum cum superioribus, aut æqualibus: immo, & inferioribus (quibus omnibus cognitiones, & actu illi voluntatis sue statim ac elicerentur, paterent, rationabili timere, merito impediretur, ac prudentissime abstinere: quæ omnia ex his satis constans, iuxta in Republica nostra humana euenire experimur, ut eiusmodi actus, seu cordis secreta, vbi oportet, celentur. Secundo probatur: quia externa etiam, quæ in occulto loco, (verbi gratia, cuiusque domo, vel cubili aliorum oculis de se à malo, & recondito) aguntur tantum secreti de se habent, vt nisi de agentis facultate, & consensu ea aliis per rimas, aut arte aliqua speculandi nullum ius sit, aut moralis facultas; nec sine peccato illa speculati queant: ergo ea videndi, quæ in abditissimo cordis, mentisque (naturali cuiusque receptaculo, cogitantur, & aguntur nulla esse potest independentes ab eius voluntate, & consensu physica naturalis facultas.

4. Hinc constat minori fructu (ne dicam ineptè, & inutiliter) aliquos Doctores proportionem horum actuum à creatura rationali habituram entitiatum, & naturalem (si naturales prorsus sunt) cum facultate naturali intellectiua aliter apponere, vt eos aliis omnibus statim, ac à rationali creatura eliciuntur, & ab-

solute existunt debeant naturaliter patere. Nec minus infructuose, & inutiliter in designandis in proportionibus aliis, & aliis, entitiatibus, facile reiciendis, quo minus alienis intellectibus patere prefati actus naturaliter non debeant ab aliis Doctoribus insudari. Primi enim ex entitiatia proportionem intellectus, & obiecti, proportionem in linea intelligibili, non solum, vt cognosci naturaliter, & necessario debeant, sed, vt absolute possint, vel non possint male probant: vt mille exemplis patet: ecquæ enim maior entitiatia proportio inter colorem, & visum, quam inter sonum, vt hunc percipere nullatenus valeat, possit vero naturaliter lucem percipere, & colorem? immo necessario, vbi intra sphæram impedimenti nudam, & expeditam sunt duo hæc percipiat? Atque exemplo hoc laboris inutilis in aliis, & aliis improportionibus entitiatibus designandis secundi Doctores classimè arguuntur: siquidem proportio obiectiua, & in linea cognoscibili coloris cum visua facultate, & improportio obiectiua sonus cum eadem sola experimento probatur: cui omnia, non solum physica, sed & metaphysica nostra humana principia inniti tandem debent, & solummodo possunt, in naturalis autem improportionis horum, etiam naturalium actuum, qui cordis secreta sunt, & vocantur, independentes à voluntate elicientis, cum intellectu alterius, non solum constanti de nostris experimento, sed & rationibus proximè datis: immo, & apertis, scripturæ & Patrum testimonio, quæ rem indubiam, & infallibilem reddunt, ostenditur. 1. Reg. 2. & 2. Paralip. 6. *Tholus nosti corda filiorum hominum, Ieremias 17. Præsum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscit illud? Ego Dominus scrutans cor*, ad quæ ibi Hieronymus. *Ex hoc dicimus, quod nullus cogitationum secreta cognoscit nisi solus Deus.* Eri autem de secretis cogitationis cordis quæ humani textus scripturæ sint, ac lubinde de eis loqui. Hieronymus credi possit: tamen illis, *ni solus Deus* eam intelligentiam exclusit, sicut ex illo Luca 11. ipse autem vidit cogitationes eorum, ac sua illatione subiuncta: *Ergo Christus est Deus.* Quæ mala esset, si rationalis aliqua creatura villas posset videre similiter ad ea loca Patres alij concorditer sententia, vel inferunt, vel loquuntur, quos citata controuersia Philosoph. ita de Angelis, vbi de hoc fusè, quod nunc obiter, atque adeo breuiter tangendum, ac statuendum fuit: quanto vero iure ex eis locis, quæ de secretis cogitationum, & cordis humani solummodo sonant, ita loquantur, & inferant constet ex rationibus datis numero tertio, sed omittendus Athanasius non est ita quæstione 27. ad Antiochum scribens, *Præsum verum, & cordium cognitor solus Deus est. Neque enim, vel Angeli cordis abscondita, vel futura audire possunt: vbi de Angelis expresse loquitur, & cordis abscondita, quoad naturalem, ab alio, quam à Deo, citra elicientis consensum inuisibilitatem, omnino æquiparat: cum tamen, & certum, & dogmaticum sit, nulli creaturæ futurorum contingentium, præscientiam, & præuisionem naturalem esse posse, vt diximus t. 1. de Deo vno controu. 1.*

5. Ex his demum fit. Nullam sententiam, quæ in signo, reue quavis (iuxta statim dicenda) naturaliter ac independentes à voluntate angeli eius de re quapiam, sententiam, & propositum alteri Angelo manifestiua angelicam locutionem constituat, veram esse posse vt autem sententiarum diuersa de locutione, & colloquiis Angelorum inter se multitudo ad certas quasdam classes redigatur præmittendum denique est. Dupliciter intelligi posse angelicam locutionem fieri. Primo per signa aliqua, obiecta, seu quæ prius cognita & ea quæ Angelus ad alium, vel alios loquitur, cuiusque internum de eis iudicium, ipsumque esse, qui loquitur illis manifestet: quia ita cognita, ac percepta signa, in horum omnium cognitionem ducunt ipsa percipientem, & cognoscentem: vt in nostra locutione per voces, naturæ visu venit. Qui loquendi modus, vel per signa aliqua naturalia, ad eorum omnium cognitionem ducentia, vt fumus perceptus ad ignis cognitionem naturaliter ducit: vel per signa ad placitum, & ex libera loquentium conuentione præhabita eo ducentia, vt ramus tabernæ vinarie valvis præfixus, vel voces, & nutus

ad nostram locutionem præstituti intelligi potest. Secundo excoctari angelica locutio valet, per alia media, quæ in eorum omnium cognitionem duant Angelum, cui alius loquitur, quin ea media debeant ab illo prænotici: nempe specierum impressione (quas vel impressas, vel expressas vocamus) à loquente Angelo, vel à Deo in auditum immittantur, quæ in hoc, vel actiue, & virtualiter, vel formaliter, & expressè omnium præfactorum cognitionem in auditu, vel audiente Angelo ponant, quin ipsas prænotici ab Angelo, vel auditore, vel audiente sit opus, etsi posterius natura ab ipso cognosci possint, debeantque, & naturaliter, ac de facto cognoscantur: semel enim habita eorum omnium cognitione, quæ auditio ab alio, qui loquitur, stat necessario, ab audiente cognoscitur ipsum illum, ea omnia ipsi loqui, ac proinde, eius locutio, etiam præterita in memoria audientis adferuatur.

6. Sed ne de re, & subiecto, vel non supponente, vel saltem incerto, tam longa disputatio suscepta, & tandem ab Scholasticis agitata, à nobisque versanda videatur, Angelorum inter se locutio, nec solum possibile sed de facto statuenda est. Et quidem eam de facto esse non solum à ratione, sed ex fide Catholica constat. Primo ex Zacharie capite primo, numero 11. *Respondit Angelus equis suis variis & albis indidentes, Angelo Domini, qui stabat inter myrtas, & dixerunt, &c.* capite 2. *Ecce Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum, &c.* 1. Corinth. 13. *Si linguis hominum, id est idiomatibus, & Angelorum, quibus ipsi inter se loquuntur, ut Chrysostom. ad eum locum hom. 32. Ambrosius, & alij Patres, & interpretes ecumen. Theodoretus, & Basilii homil. in initium Evangelij Ioannis circa medium quibus sane consentiunt Theophylactus, & Prosper, epistola ad Demetriadem recitati à Valquez questione d. 211. capite primo, §. Verum Theophylactus, Apostolus Iudas in sua canonica epistola, numero 9. Cum Michael Archangelus, cum Diabolo disputans, altercaretur de Moyse corpore. apocalyp. 7. Angelus ad quatuor alios clamabat. Nolite nocere terræ, & mari, &c. à ratione probatur: quia Angelus natura sua rationales, ac subinde sociabiles, & communicabiles inter se creature sunt, atque spirituales suam Rempublicam perfectam, nostra humana longe perfectiorem constituentes: atque nec rationalis societas, communicatio, & amicitia, nec Rempublica rationalis recta (quoad causas secundas attinet) gubernatio, & dispositio, absque affectuum, & sententiarum, mutuis inter se cuiusque Angelus ad alios manifestationibus, quæ colloquiis ad invicem fieri necessario debent, stare potest.*

CERTAMEN II.

Doctorem placita varia de Angelorum locutione per signa obiectiva.

1. Prima sententia est asserentium, per signa aliqua obiectiva ad placitum, & ex conventionem Angelorum significantia, id quod, quisque Angelorum significare Angelus, aliis Angelis, ac loqui velit, ac loquatur, eiusque iudicium, & loquentem, siue eum esse, qui loquitur manifestum fieri Angelicam locutionem. Sub hac autem generali sententia speciales aliquot Doctorum sententiæ continentur: quidam enim aiunt corporea signa esse, colloque corporeo, vel aëri impressa ab Angelo loquente, verbi gratia, figuras, & characteres, vel sonos vocibus nostris similes, quas dubio procul Angelus alter cognoscit. Ita Durandus in secundo, distinctione 11. questione secunda, quamvis quoad figuras,

& characteres ex ignominatis relatas, ab eis diffinere & impugner. Quoad sonos vero corporeos, aëri impressos, eam expresse docet. Pro eadem parte noster Molina, sed mala recentiorum ipsum citantium fide, nosseque Atriaga d. 12. sect. 1. n. 2. §. Omittit argumentum planissimum. & ut alia suppleret, censet veriores. Alij vero Doctores signa hæc obiectiva ad placitum, quibus Angelus mutuo, & vicissim proprio ipsi idiomate sibi loquuntur, spiritualia prorsus esse & loquenti inhærentia censent, ut natus Angelicus, quidve aliud, etsi nobis ignotum, ipsi vero notissimum. Agidius in 2. d. 10. q. 3. a. 1. in cuius resolutione Atriaga. q. 1. a. 2. Cheloues in 2. Damasceni de fide, c. 3. ante med. Hieronymus commentario quodam in epistolam Pauli ad Corinth. citatis verbis ex cap. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum Melchior Canus ad eadem verba Molina noster in 1. partem S. Thomæ q. 106. a. 1. d. vn. concl. 1. Quirous d. 13. lect. 2. 3. & 4. Motum spirituale Angelij (v.g. circularem vel quadratum, vel triangularem pro signo obiectivo, quo alteri loquitur designans. Pro qua etiam sententia referuntur Nicolaus de Lyra, & glossa ordinata, ad ea verba Apostoli: docent enim Angelo cuius inesse aliquid, aliis naturaliter notum, quod cum ab ipso ordinatur, ut sui cordis secretum alteri, quod alias ignoraret, manifestet, tunc loqui ad eum aiunt, & ita ordinandi facultatem, linguam Angelicam vocant. Quibus naturalia signa spiritualia Angelicam locutionem designant, & in quibus adæquate sumpta Angelica locutio non fit, sed addas potius ordinationem Angelij loquentis, ut ad hunc signum alius sui cordis secretum manifestet: quod si signis illis naturalibus, omnibusque Angelis notis fieri nequit, quare aliud, quod ex ea libera loquentis ordinatione eis signis naturalibus, & communibus accedit, ut secreti cordis Angelici signa sint non explicant: an vero signa obiectiva ad placitum, an naturalia solum, ac non obiectiva, tamen si eloquentis libito, in ipso vel in auditore, Angelico sint producenda, & appendenda, non explicant. Quare pro hac sententia nequeant hi duo, imo nec pro generali, sub qua specialis hæc secunda sententia continetur, recentiori liquorem, an obiectiva signa, an naturalibus ordinationis illius an ipsa intuitiva, & libera ordinatione signorum illorum obiectivorum, & naturalium, & communium, ac locutio Angelij vnius ad alium compleatur præfari duo interpretes non explicant.*

2. Hanc porro sententiam, & ipse locutioni humane nobis familiari, & notiori familiorem, cum generalitatem, tum speciatim per signa obiectiva, spiritualia excoctatis carceris. Propter suam probabilioris censet Valquez citat. d. c. 10. num. 57. §. Quædam hæc sententia. Esse vero possibile, & ut faciliorem aliis admittendam, si alia, quam ipse sequitur esset facilius, docet noster Atriaga d. 12. sectione prima, numero tertio, §. Sit ergo secunda sententia à quo vsque ad §. Quodsi dicat, Soarj, & recentiorum impugnatores, dissoluit, de quibus pauca nos subiciemus, quæ sufficiant. Specialis autem sententia prima de signis obiectivis materialibus, & ad placitum, vel characteribus collo, vel sonis nostris vocibus similibus aëri impressis non ita absolute reicienda de possibili, imo nec de facto est, ut à nonnullis reiecit, quia Angeli linguas omnes humanas, & idiomata, etiamque voces, & characteres perfectissime norunt, ac proinde eis inter se loqui, & audire commode possent, & linguarum namque homines duarum nationum, & linguarum nationum, si natiue alterius alteruter petius eriam sit, & ita fortasse per emergentes demon volent se manifestare: & cum Angelorum colloquia Zacharie, & Ioanni citatis locis innotuerunt lingua, & idiomate humano, eisdem noto collocutos, Angelos ita inter se fuisse, ut eos vterque audirent, nobisque, ea manifestarent, & scripto reliquerint, dubium mihi non est. Cum enim ita colloqui Angeli absque dubio poterint (ut omnes farentur) atque ratione proxima demonstravimus, atque si ut ea colloquia ab his Prophetis perciperentur habita ab Angelis illis ex Dei voluntate fuerint, minori opera, & operationum sumptibus habita ab illis fuisse conaturalis est: idiomate